

**1320, 27 febbraio. Nona.**

*A Nona, durante la podesteria di Baiamonte Tiepolo, Dobriza figlia del fu Prodano e moglie di Andrea, vende a Michele fu Giovanni quattro e più gognali di terra, posti nel confine di san Niccolò.*

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimonono, mense februario, die tercio exeunte, indicione tercia, None. Temporibus domini Karuli magnifici regis Hungarie, et Johannis venerabilis Nonensis episcopi, ac Georgii egregii comitis, nec non domini Bayeuntis Theupoli honorabilis potestatis None. C. Ego quidem Dobriça, filia condam Prodani dicti Sire et uxor Andree Semeonis, de assensu et voluntate dicti viri mei ehadem quonsente(!) et affirmante, presenti pubblico instrumento, confiteor et manifesta sum vendidisse atque transactasse tibi quidem Michaeli olim Johannis, gognayos quatuor et amplos mee terre proprie, positos in confinio sancti Nicolay, cuius de traversa est terra Drusinne Johannis, de austro terra Georgii clericu, de quirina terra quorumdam Sclavorum, de borea terra Bogdani Crassicig, pro libris octo denariorum venetorum parvorum, a te plene receptis. Et iure talionis mihi dedisti solidos octo. Quam quidem terram teneor per me, meosque heredes et successores, tibi, tuisque heredibus et successoribus, ab omnibus discalumpniare ac deffensare imperpetuum, super me et omnia bona mea, habita, presencia et futura. Quare igitur, amodo in antea, liceat tibi prefatam terram libere habere, tenere et perpetuo possidere, heredibus et proheredibus derelinquere, vendere, dare, donare, commutare, pignori locare, pro anima et corpore iudicare, ac omnimode ad omnem tuam voluntatem alienare, nemine tibi contradicente imperpetuum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, sicut Drusine Johannis, Slavogostu Stephani nunc iudicis, Jurse Cerenig, Andree Dissig.

(*Altra grafia*): Ego Vitus Poruge, examinator manum misi.

Et ego Antonius, filius condam magistri Guidonis de Padua, Nonensis notarius, interfui rogatus, ut audivi scripsi, roboravi et solito signo signavi.

(*Monogramma del notaio*).

*Rogito originale membranaceo nell' archivio di casa Zanchi, Zara.*

**1320, 3 marzo. Nona.**

*A Nona, durante la podesteria di Baiamonte Tiepolo, Stria del fu Busro e moglie di Radoslavo fu Vulcone, vende a Giacomo fu Nicola tutta la parte dell'eredità spettantele, consistente in parecchie terre, site la più parte a Novoselaz.*

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimo nono, mense marci, die tercio intrante, indicione tercia, None. Temporibus domini Karuli magnifici regis Hungarie, et Johannis venerabilis